



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 65. Leonis X. Papæ obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1521.

## §. LXV.

*Leonis X. Papæ obitus.*

Verum Venetorum propositiones exci- *Paul. Jov.*  
 pere, Leoni Pontifici haud amplius *in vita Leon.*  
 integrum erat; quippe, si Scriptorum *X.*  
 nonnullis fides habenda, ob partas *Onuphr. &c*  
*Fœderatorum* victorias tam immodica affi- *Victor.. in*  
 ciebatur lætitia, ut febri corriperetur. *vita Leon.*  
*Ciacon. ibid.*  
 Utut res se habeat, id certum est, quod *p. 313.*  
 tam repentina febri obrutus fuerit, ut *Spond. ann.*  
 hoc anno millesimo quingentesimo vige- *1521. n. 9.*  
 simo primo die prima Decembris e vivis  
 excesserit, nonnisi quadraginta quatuor  
 annos natus, postquam octo annis, to-  
 tidemque mensibus, ac viginti diebus  
 Ecclesiam rexisset. Fuere, qui existima-  
 rent, eum propinato veneno fuisse sub-  
 latum. Cadaver ejus in Vaticana Eccle-  
 sia lateritio tumulo sepultum est. *Con-* *Jean. de*  
*flat,* inquit Paulus Jovius, *Leonem a pri-* *Crespiu etat*  
*ma adolescentia usque ad Pontificatum om-* *de L'Eglise*  
*nium opinione summam continentias laudem* *ann. 1521.*  
*fuisse adeptum,* addit tamen idem Scri- *p. 5. 6.*  
*ptor,* quod Pontifex factus jucunditate *Hist. de M.*  
*blandæ facilisque naturæ potius, ac Regia* *de Thou l. 1.*  
*quadam licentia, quam certo depravati ani-*  
*mi judicio in quædam vitia prolabi videre-*  
*tur,* cum cubiculi sui fores ejusmodi ob-  
 siderent homines, qui adeo non mode-  
 stæ reprehenſionis officium in ſe fuſce-  
 perant,

**Sacul. XVI.** perant, ut illum etiam ad varia oblectamenta incitarent. **A.C. 1521** Ceterum Magistris utebatur omnino præclaris, a quibus humanioribus literis optime instructus, non modo erga eos semper beneficus existit, sed omnes, qui scientia ac eruditionis laude claruerunt, potenter admodum protexit, præcipue vero Poetas magni habebat, & quandoque ab ea recedebat gravitate, quam dignitatis suæ Majestas exigere videbatur. Nam pluris habebat, qui fabulas concinnare noverant, aut veterum Poetarum, necnon profanæ eruditionis fama inclaruerunt, quam qui Theologicis disciplinis aut Ecclesiæ Historiis imbuti erant. Præter hoc luxui ac profusæ liberalitati deditus esse dicebatur.

### §. LXVI.

*Fæderatorum exercitus mortuo Papa dissipatus.*

**Guicci. 1. 14.** **Q**uamprimum fama de Pontificis obitu percrebuit, mox copiæ, quas alebat, dispergebantur; Helvetii enim, quos Sedunensis Cardinalis contra Magistratum jussa detinuerat, exceptis circiter quadringentis in Patriam revertabantur; præter hos discedebant quoque Florentinæ Reipublicæ agmina; equites vero in Placentina & Parmensi ditio-

ne